Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

perire pmittis. Si enī frater tuꝰ vulnꝰ haberet in corpore. qd̄ velit occultari. dum timet secari. nōne crudeliter a te sileret. et misericorditer indicaret. Quāto ergo eiꝫ potiꝰ debes manifestare. ne deteriꝰ putrescat in corde.

Cōmentū tricesimūnonū Ambrosiꝰ

S. Si dicando quidē maliuoli nō sumus. tacendo vtiq̄ nocentes erimus. qm̄ sicut nostra ex taciturnitate piclitatōis. ita ex peccati insinuatōe sumus cā salutis. Si enī crudelis est. qui in fratris corpore vulnꝰ celat. multo magis crudelis ē qui peccati vulnꝰ ī aīa fratris nō indicat. ꝛ reꝰ mortis illius existit. quē tacendo perire pmittit. ille quidē opere. hic ꝯo taciturnitate venit condēnandꝰ. At ꝯo si is crudelis censet. qui fratr̄ culpam tegit. ecōtra misericors pculdubio ē qui eaꝫ detegit. Quid enī peunti maius prestari pōt q̄ vita. Nōne cum viuere viuentibꝰ sit esse. si sic oparis. vt vitam nō p dat tribuis esse. Sed sunt q̄ portare sibi vident peccata cū peccatoribꝰ tacēt. Sed pfecto ista sitatio detestanda ē. Quocirca vt Augustinus in sermone de Jacob. ꝛ Esau iubet. porta peccatorē non vt ames peccatum in illo. sed vt psequar̄ peccatū propter illū. Dilige peccatorē non in q̄tū pctor est. sed in q̄tuꝫ hō est. quō si diligis egrū. persequeris febrē. Nā si pacem das febri nō diligis egrum. Dic ergo qd̄ verū ē fratri tuo. noli tacere. ne tibi eueniat qd̄ scriptuꝫ est. Ve mihi qꝛ tacui. Quid enī aliud agimꝰ. q̄ dicere qd̄ ē. noli ergo mēdaciē loqui. sed apta veritate dic qd̄ verū est. sed donec corrigat̄ portet. etenim sicut molestus ē medicꝰ furenti frenetico. ꝛ pater in disciplinato filio. ille ligando. iste cedendo. ſz ambo diligendo. ꝛ si illos negligāt ꝛ perire pmittant ista potiꝰ. ceu cōtra donatistas parēs noster inuehit. falsa mansuetudo crudelis ē. Si enī equus ꝛ mulus quibꝰ nō est intellectꝰ morsibꝰ et calcibꝰ resistūt hoībus a quibus eoꝝ vulnera curanda cōtractant. ꝛ cum inē dentes ꝛ vngulas sepe hoīes pericliten̄t ꝛ alī qn̄ vexent. non tn̄ eos deserūt. donec per dolores ꝛ molestias medicinales reuocēt ad salutem. Quanto magis hō ab hoīe. ꝛ frater a fratre. ne in eternū pereat nō ē deserendus. magna q̄ppe illi merces ab oīpotēti deo debet. qui dixit. Bti misericordes qm̄ ipsi misericordiā consequent. Et gloriosus apls Jacobꝰ inquit. Qui querti fecerit pctōrem ab errore vie sue. saluabit aīam eius a morte ꝛ operit multitudinem peccatorum. Si tamen obiurgādis ꝛ corripiendis male agentibus quis parcit. qꝛ oportunꝰ tempus inquirit. vel deeisdem ipsis metuit. ne deteriores ex hoc afficiantur. vel ad bonam vitam ꝛ piā erudiendos impediūt alios q̄ infirmos premant atq̄ auertant a fide. non vt eidem cum dei descripsit ciuitatem placuit. videtur esse cupiditat̄ occasio. sed caritatis cōsilium. Sed nonnulli propter propriam imbecillitatem. Aliqui propter peccantiū obstinationem ab hoc magne pietatis seretrahunt officio. Quibus per Augustinum contra epistolam Permeniani dicitur. vt misericorditer corripiant quod possunt. quod autem non possunt. patienter ferant. ꝛ cum dilectione gemant. donec deus desuper eminedet ꝛ corrigat. aut vsq̄ ad messem differant eradicare zizaniā. ꝛ paleā ventilare. vt tū de salute sua. bone spei christiani. inter desperatos. quos corripere non valent. in vnitate versentur auferant maluꝫ a seipsis. id est vt in ipsis non inueniatur. quod eis in moribꝰ displicat aliorum. ne ab illis quos corripere nituntur eis dicatur. medice cura priꝰ teipsum abijce prius a tuis trabem. postea a meis oculis paleam.

Textꝰ quadragesimus Augustinus

Sed anteq̄ alijs demonstretur per quos conuincendus est. si negauerit priꝰ preposito debet ostēdi. si ammonitꝰ neglexerit corrigi. ne forte possit secretius correctus non innotescere ceteris. Si autem negauerit. tunc mentienti adhibendi sunt alij etiam coram omnibus vt possit nō ab vno teste arguī. sed a duobus vel tribus conuinci. conuictus ꝯo secundum prepositi. vel etiā presbyteri. ad cuius dispensationem pertinet arbitrium. debet emendatoriā subire vindictam. quam si ferre recusauerit. etiaꝫ si inde non abscesserit. de via societate pijciat̄. nō enī hoc fit crudeliter. ſz misericorditē. ne ꝯtagione pestifera plīmos perdat